



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

7. De libris Hæreticorum, & per occasionem de aliis libris prohibitis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Privilegia circa absolutionem hæretici, non verò hæretici relapsi. Notat verò Peña apud Suarez l. c. ptiorem opinionem in praxi nullum habere locum, quia, qui est publicè corruptus, semper ex praxi tribunaliū facit abjurationem generalē omnium errorum, quā, si relabitur in quacumque hæretici, in abjurata relabitur, atque adē relapsus sine dubio erit.

§. VI. De Cooperantibus cum Hæreticis.

Credens, Raptor, Defensor, Fautor Hæreticorum.

1. **C**redens est ille qui assentit erroribus hæreticis, ut si quis etiam nesciens errorē particularē, dicat se credere, quod Hæreticus credit: ita Suar. de c. d. 21. scilicet 2. n. 9. & 3. 24. de fide, scilicet 1. n. 2. Sanchez. in Dec. cap. 10. Pen. 2. p. Director. q. 50. comm. 75. Farin. de hæret. q. 181. n. 104. Hic autem, quamvis, verè sit hæreticus; jam enim assentit implicitē errori contra fidem, unde, & incurrit eisdem predictis penas, tamen hic ad maiorem expressionem ponitur sive nomine creditur.

2. **R**eceptor est is, qui hæreticū causa hæretis, fugientem, quoquā in loco, vel modo recipiat, seu abscondat, modò feciat illum ob hæretum fugere.

3. **D**efensor est, qui vel hæretici etiam mortui errorē, vel hæretici perdonam ob causam hæretis defendit, ut si rationes afferat in favorem erroris, vel errorē, seu errantem hæreticum laudet, vel si dolo, potentia, muneribus, aliā arte impedit, nē hæreticus capiatur, vel curret ut captus fugiat. Ita Sanchez. ibid. n. 17.

4. **F**autor est, qui similiter in causa hæretico favet, vel commissione, vel omissione. Primo modo est, si illum domi quis abscondat, auxilium prebeat, ut fugiat, processum falsificet, vel celest. & similes, quamvis reducantur ad receptores, vel defensores, tamen majoris explicationis gaudiā etiam sub nomine fautoris designantur.

Secondo modo est, si cum teneatur quis ex officio illum capere, indicare, punire; non capit, non indicat, non punit.

5. Dixi (ex officio) nam licet alii omnes non indicantes, & non capientes, cum possint, saltem quando ab Inquisitoribus id illis præcipitur, sub nomine fautorum comprehendantur, ex Pen. cit. q. 53. Sanchez. cit. n. 15. probabile tamen est in conscientia non esse ejusdem generis eos, qui ex justitia ad illas actiones non obligantur. Sic Farin. q. 181. §. 2. n. 36. Emeric. 2. p. q. 52. n. 3. Castro P. t. 1. tr. 4. de fide, d. 3. c. 5. num. 1. Ego, v. g. quod homo privatus delinquit, si non denuntiet hæreticum, non est tamen fautor ex iniustitia: at officialis, seu, ut vocant, familiaris, putat Inquisitor si non puniat, cruce signatus si non denuntiet, erit fautor, quia ex officio & justitia ipsi incumbit magis hæreticos corrigi, quam incombunt privatis. Hos omnes prædictos a numero primo, uno verbo, vocabimus deinceps faventes hæreticis.

6. Nota autem tria. Primo si ejusmodi actiones edant quādam in favorem hæretis, sed non à te fiant ob faventiam hæretum, sed ut amico, vel confanguineo favas, non es censensus favens hæretico. Ita Sanchez cit. cap. 10. m. 5. contra Castro Palauum cit. num. 9. Ratio est, quia verè hic non favet hæretico, ut hæretico, sed ut subiecto alterius obligationis humanae; & per accidens est, quod redundet in favorem hæretis. Si res sit dubia, an favens ut amico, an non ut hæretico, vide supra, lib. 1. cap. 3. §. 7. v. Hæreticus.

7. Secundū, si favor non habuit effectum: v. g. occultasti hæreticum in causa hæretis, ne caperetur; sed tamen captus est, eris censensus favens: Ita Castro Palauum ibid. n. 11. contra Bonacinan de censuris in particulari, disp. 1. q. 1. p. 3. n. 3. & Sanchez ibid. num. 9. Ratio est, quia ex parte tua posuisti totam protectionem; ergo absolute favens fuiisti. Tertio, & hic opinionem Sanchez,

& cetero num præcedente, opinionem Castro Palau saltem propter eorum auctoritatem esse probabiles.

8. Tertiū, favor debet esse de vera hæreti, non verò de hæreti quoniamde quoniam præsumpta: Ita Suar. disp. 24. de fide, scilicet 1. num. 3. v. g. si favet quis excommunicato ob causam hæreti non curanti per annum se ab illa absolvit, qui certè præsumitur in foro externo hæreticus, favet, inquam, quis huic excommunicato, non erit in conscientia favens hæretico; quia verè is excommunicatus non est hæreticus. Idem dic de faventibus Maleficiis, Veneficiis, & similibus, quæ hæretici ponunt. Ita Sanchez. cit. num. 14.

Pona faventium hæreticis.

Potissima pena faventium hæreticis (utique etiam non denuntiatis in Bulla Cœna num. 1.) est excommunicatione lata Pontifici reservata. Quod si sic excommunicati denuntiantur ab Ecclesia nominatim, ipsi verò per annum in ea insorduerint, ejus absolutionem non curantes, tunc impunita alias penas in jure latas, c. Excommunicat. §. credentes, de hæret. neque infamia, inabilitatis ad officia, &c. quæ vide apud citatos. Vide etiam aliquæ hæretici supra, n. 15. & 16.

§. VII. De Libris Hæreticorum, & per occasionem de aliis libris prohibitis.

1. **E**xstant quatuor prohibitions circa lectionem librorum.

Prima est in Bulla Cœna de libris hæreticorum hæresi continentibus, vel de Religione tractantibus, de quibus infra, latè.

2. Secunda est Sixti V. Gal. & Terra, qui sub excommunicatione lata sententia, summoque Pontifici reservata, prohibet libros Astrologie, Judicariæ, seu divinationis, & futuris contingentibus, liberis, additque in hunc modum: Mandamus ut contra scientes legentes, aut retinentes, libros & scripta hujusmodi, Inquisidores procedant.

3. Tertia Clementis V. III. in Iudic. prohib. & apud Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 16. quæst. 14. lege item Merollam tom. 1. d. 2. cap. 2. coroll. 7. difficult. 4. num. 5. 5. qui sub eadem excommunicatione lata; sed non reservata prohibet libros Hæretiarum, etiam non tractant de Religione, ne hæretici continent, donec corrigitur: His addit libros eorum, qui sunt de hæreti suspecti, item Catholicon, in quibus sunt aliquæ hæreses immixta, donec expurgantur: item Talmud, & alios libros Hebraeorum, in quibus sit aliquæ contra fidem, denique Alcoranum Basilicæ impressum.

4. Quartæ Pauli V. Cum sicut accepimus: initio expurgationis Hispanie, impressi anno 1612. & Urbani VIII. Cum sicut afferimus: initio ejusmodi expurgationis impressi 1632. qui pro Regnis Hispania prohibet omnes libitos damnatos, vel reprobatos ab ipso Summo Pontifice, vel Generali Inquisitione Hispanica, idque sub censura Pontifici, vel dicta Inquisitori reservata, licet Merolla locu. Azor. loco citato, q. 5. Bonacina de conf. in partic. d. 1. quest. 2. part. 4. num. 2. & Sanchez, lib. 2. in Dec. c. 10. num. 26. dicant, hanc excommunicationem non esse reservatam, quia scripturam ante datas dictas constitutioines. Qui autem sint hi libri damnati, cum sint proprie innumerabiles, cognosci poterunt ex ipso expurgatorio Hispanico, omnibus obvio.

5. Notat ex his recte Bonacina loco citato, distinguui debere tres classes librorum. Primo libros hæreticorum hæretum continent, vel de Religione tractantes, de quibus mox fusc. Secundū libros, vel scripta ob hæretis, vel falsi dogmatis suppositionem, qui prohibentur sub excommunicatione dicta num. 3. & pro Regnis Hispania num. 4. Tertiū libros alias præter dictos, inter quos numerantur libri ex professo tractantes de rebus obscenis, quorum lectio non prohibetur sub censura, sed solum

hōm sub mortali, & quos Episcopi legentes puniunt: Vide reg. expurgatorii H. 5. Impres. anno 1612. & rep. 2. ejusdem impresi anno 1612. & 7. expurgatorii Trid. per Iohannem Mariam Breschollensem. Jam verò quavis postrum hic pion sit primam ex Bulla Cœnæ prohibitionem explicare, tamen per occasionem non negligemus & alias.

Clavis Bullæ Cœnæ. De Libris Hæreticorum.

Excommunicatis Hæreticorum libros hæresim continent, vel de Religione tractantes sine auctoritate nostra, & Sedis Apostolice scientes legentes, auctoritatem, imprimentes seu quomodo liber defensiones ex quavis causa, publicè vel occulè quovis inge-
nio, vel colore.

Libri Hæreticorum Hæresim continent, vel de Religione tractantes.

Alieturum ex his sufficit ad totius libri prohibitionem; ita Castro Pal. tom. 1. tract. 4. d. 2. par. 10. §. 1. num. 7. sive scilicet sit liber hæretici, Hæresim etiam unam, eamque non ex professo continens; ita Bonac. de cens. particulari, d. 1. quæf. 5. par. 4. num. 9. Cominch. diff. 8. de fide, dub. 11. num. 177. Sanchez, ibid. in Dec. cap. 10. numer. 33. sive sit liber hæretici de Religione ex professo tractans, tamen non apparet ibi hæresis; id enim clare notat illud, vel semper tamen debet esse liber auctoris hæretici (licet nondum damnatos fuerint ex Suarez disp. 0. de fide, sect. 2. numer. 11.) idque certò; nam in dubio quisque presumuit bonus, & Catholicus. Tractabit autem de Religione, si libri argumentum erit Scriptura, sive declaratio, vel Theologia, sive scholastica, sive moralis quæstio, putat de mysterio Fidei, Dei, & Sanctorumque cultu, de recta monum. institutione: Ita Sanchez & Castro R. ibid. Quid si primò liber agat de Deo, ut objecto Metaphysicæ? quo pacto etiam Philosophi infideles de Deo agunt. Quid secundò, si agat de politica institutione, praescindendo ab institutione mortuorum? Puto in priore casu librum hic prohiberi, quia certè est de Religione; in posteriori propter contrariam rationem, non prohiberi.

8. Liber ergo non baptizans, quavis Cathecumeni, vel Pagani, vel Hebrei etiam hæresim continens, vel de Religione tractans, sub hac prohibitione non contingit: Ita Suarez d. 10. de fide, sect. 2. num. 11. fin.

Continetur verò liber Graecorum, vel Armenorum, qui sunt schismatici; atque adeò communiter hæretici, de suis ritibus tractans. Ita idem ibid. Contra Sanchez lib. in Dec. 0. 10. n. 27. Ratio est, quia illi non est liber hæretici; & licet non continet hæresim, de ritebus can-
men ad Religionem spectantibus tractat.

9. Pari modo libri Necromantia, Astrologia, Ju-
dicia, &c. hic non prohibentur, quia libri hæreticorum non sunt: si quidem Magi, & Similes, ut sic non sunt hæretici: Ita Bonac. de cens. in p. d. 1. q. 2. punt. 4. num. 1. eto tales reputentur in foro externo ibid. 14. liber item Catholicus, qui vel propter Auctoris ignor-
tiam, vel propter malitiam alios, qui errorem ibi inseruerit, vel quomodounque hæresim, sive unam, live multas, ex Sanchez ibid. Bonac. ibid. num. 6. sive hæ-
reticorum schola, seu annotationes copiissimas habeat, ex Sanchez ibid. num. 25. non est his prohibitus, & pos-
sent ex hoc capite legi, etiam ipsi errores copiosi. Ra-
tio est, quia adhuc absolutè liber Catholicus est, sicut
Summa S. Thomæ, est ejus liber, licet copiosas annotationes inseruerit Caietanus. Liber tamen à Catho-
licis, & ab hæretico similis compotus, ex Merolla tom. 1. d. 1. cap. 2. coroll. 7. different. 10. num. 408. contra Suarium ab eodem citatum: & liber hæretici non continens hæresim, nec de Religione tractans, per se omnino di-
stinctus ab alio tomo, de his tractante, ex Sanchez l.c. num. 36. Suarez l.c. num. 16. hic non prohibentur, quia

Pars I.

ille liber non est absolutè liber hæretici, & hæresim, qui diversus liber est, hæresim non continet. Dictum est autem semper (sub hac prohibitione, vel hic) nam ceterum tunc in predictis, tum in mox dicendis, re-
solvendum est adesse alias prohibitions, quas modò in-
nuinguimus n. 2. & declarabimus amplius infra, n. 47.

10. Tres superius difficultas. Prima est, an brevis scriptura, oratio, concio, disputatio, epistola typis im-
pressa hæretici de Religione tractans, vel hæresim con-
tinens sub hac prohibitione concludatur? Respondeo,
licet probabile sit cum Suario l. c. n. 10. concludi: pro-
babile temen etiam sit cum Sanchez l.c. num. 29 alisque
apud Merollam loc. cit. different. 3. num. 323. non conclu-
di. Ratio potissima Suarum est, quia hæc librorum prohibi-
tio, cum sit in favorem fiduci, favorabilis dicenda est;
non odiosa: ergo non debet limitari ad propriè dictum
librum. Multò magis quia eadem ratio militat in hisce
opusculis, at in propriè dictis libris. Ratio potissima
Sanchez est, quia in communī modo loquendi hæc li-
bri propriè non sunt. Confirmat hanc Sanchez senten-
tiam Castro Palauus l. c. n. 5. ex eo quia parva prædicta
scriptura, si sub nomine libri comprehendenderentur, non
liceret eas publicare, seu imprimente sine nomine autho-
ris, quando sunt de ritebus sacerdotiis, etiam à Catholicis Ca-
tholicis scripta, siquidem id prohibetur in Tridentino
de libris, cum igitur usus obtinuerit, ut hæc sine nomine
auctoris prodeant, signum est non venire sub nomine
libri. Ita Azor. tom. 1. lib. 8. c. 17. q. 4.

11. Ad rationem Suarum respondent idem Sanchez & Ca-
stro Palauus, negando hanc non esse legem odiosam, licet
enim favorem fiduci respiciat, tamen immediate gravamen
continet, dum privat fidelicem libertatem, qua alias
fruuntur, legendi; secus omnis lex penalitatis, s. g. lex quæ
homicidam morte punit, est favorabilis, quia est in
favorem Republicæ. Indò, etiam si hæc, de qua nos agi-
mus, est favorabilis, sicut non est extendenda ultra
proprietatem verborum; nam prædicta, ut diximus, pro-
priè libri nequaquam sunt.

12. Nota scripturam, atque adeò concionem, epi-
stolam, &c. decem foliorum librum reputari à Castro
Pal. d. num. 3. 5. vers. 5. non contra unius folii (adde rem, vel alterius folii) non reputari librum à Sanchez loc. cit. num. 35. in simili, & quidem metit, quidquid dicat in
contrarium Bonacina de censur. in partic. d. 1. questione 2.
part 4. num. 16.

13. Secunda difficultas est. An si quis habens ejus-
modi librum hæretici, in quo legatur una, vel altera hæ-
resim, illas debeat, debet deinceps librum ut prohibitum
estimare? Debere, ait Sanchez, loc. cit. num. 35. & Ca-
stro Palauus, loc. cit. num. 7. quia particulariter expunctio
non tollit communem libri prohibitionem, sed vide
infra, num. 45.

14. Tertia difficultas est, an sub nomine libri hæ-
retici intelligatur manuscriptum: intelligi ex communī sen-
tentiā testantur Suarez, disp. 20. de fide, sect. 2. num. 10. &
Sanchez loc. cit. num. 28. Ratio potissima est, tum quia
secus facile eludetur præceptum de libris hæreticorum
impedientis, si quidem jam legentur impunè manus-
cripta, tum quia manuscripta adhuc sub nomine libri
cependi sunt.

15. Verum pax tantorum vitiorum puto hæc non in-
telligi. Ratio potissima est, quia verè manuscriptum,
etiam transcriptum à libro, non est propriè secundum
usum communem loquendi, liber. Nec est verum sic
eludi hoc præceptum; nam satis contra manuscripta
provisum est per aliam prohibitionem allatam num. 5.
Addit libros typis excusos merito per hanc Bullæ Cœnæ
legem, quæ est certè magis ardua, quam alia, prohibi-
bit, quia typis excusis libri amplius promulgantur, diu-
nius durant, & facilius leguntur, quam manuscripta;
quam rationem modò num. 9. approbant idem Sanchez,
& Castro Palauus de brevibus epistolis & similibus; nam
propter debuissent, & hæc approbare: lege dictum nu-
mer. 9. hæc enim permaxime, quæ ibi dicuntur, faciunt
maxime

F. 2

maxime

maximè illud, quod hæc est lex adiōsa, atque adeō restringenda.

15. Confirmo primò: quia quando Pontifex scripturas vult sub prohibitione librorum incepere facit speciatim nominando scripturas: ergo dum h[ab]et solum libros nominat, illas non includit. Antecedens patet ex. Leone X. qui in Concilio Lateranensi sub Legge X sess. 10. & apud Bonacinam dist. 2. de cenc[er]t in part. quæst. 2. part. 18. numero 1. *Nullus (ait) librum aliquem, seu aliquam quamcumque scripturam imprimeret prefasmat, nisi prius per Vicarium, &c. approbaret, & ex Tridentino Sessione 4. sub fin. Nulli licet (inquit) imprimeret quæ suis libros de rebus Sacris, &c. Qui autem scripturas communicant, nisi approbati fuerint, eisdem penitentia subjeccant.*

16. Confirmo secundò, ex Bonacina ibid. num. 12.
& Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 17. quæst. 4. quæ querunt ac manuscrip-
tua evulgari possint sine timore excommunicatio-
nis late à Tridentino in dicto loco: *Qui autem scripto eos
libros, &c. respondentque cum distinctione, negando
posse ea scripta, que sunt opera completa, & perfecta,
que typis manéari solent, concedendo vero posse ea,
qua solent fieri ad privatum usum, & commodum,
quis est enim qui suas concições, suas disputationes
Theologicas etiam digestas in magna volumina in
Scholis, & extra illas discipulis, alitique, nulla præ-
missa approbatione sine scripulo non communicat? &
ratio date responsus est, inquit Bonac. loco citato, quia
cum Tridentinum loquatur de libris, qui sunt manus-
cripti in dictis verbis: *Qui autem scripto eos libros com-
municant, &c. nomen libri strictè accipiendo est, non
largè, cum vel semur in materia penali, & odio, in
qua stricta verbaborum interpretatio facienda, est cap. pa-
rte, de penitentia, distinctione prima. Hec illæ; Si igitur
in ea lege Concilii Tridentini, ubi se mentio libri, &
scripturæ, nomine libri, seu scriptura non intelligitur
merum, & quodcumque manuscriptum, multò magis
in casu nostro, ubi nulla sit mentio scriptura, sed fo-
rum libri.**

Sine Auctoritate nostra, & Eius Apostolica.

17. Occasione hujus clausulæ possumus. Primi quæ-
tere: quismam habeat potestatem concedendi licentiam
libros veritos legendi: Secundò: quismam actu habeat
eodem libros legendi licentiam: Quod primum. Dico
primo nullum posse concedere licentiam libros Hæf-
tiorum hæresim continentis, vel de Religione træctan-
tes, legendi, nisi Summum Pontificem, vel cui ipse po-
testatem concederit. Hinc sit, ut nec Episcopi, nec In-
quisidores ges Merolla tom. 1. d. 1. cap. 2. coroll. 7. diff. 1. 2.
n. 418. nec Cardinales possint, ex Sanch. L. c. 4. Suarez
disp. de fide, 20. sct. 2. n. 28. Azor. t. 2. lib. 8. cc. 6. qu. 12. immò
nec idem Cardinales etiam, Sede vacante, nisi in casu
summae necessitatis, (quam certe rarissime occurrere pos-
se video) obseruatæque forma, quæ precipit in Cle-
mentina, *Ne Romani, De electis.*

18. Verum Pontifex alicuius hanc potestatem concessisse nemini docet Castro Palau *tom. 1. tract. 4. disp. 2. part. 1. §. 8. num. 5.* ne ipsis quidem Episcopis, vel Inquisitoribus. Immo Inquisitores igit̄e habeant potestatem concedendi licetiam legendi alios libros vetitos, non tamen legendi libros haereticorum haeresim continentes, vel de Religione tractantes. Extant tamen quaedam privilegia concessa Religiosis, de quibus sua quisque consulat.

19. Petes, Episcopi possuntne concedere licentiam legendi libros vetitos (preter Hereticos) sicuti, iisdem exceptis, posse, modi diximus Inquisitores?

Tacet, seu fugit id decerpere Castro Pal. *ibid.* Sanchez, aliquid committere solum loquuntur de libris hereticis, ad quos legendos non posse eos dare licentiam docent; Puto tamen in Regnisi, ubi viget Hispanica Inquisitio non posse posse ubi illa non adest. *Ratio prioris*

dicti est ducenta ex privilegiis concessis Inquisitioni Hispanicæ primitivæ quoad alios quoescunque, apud Petram in Bæza, Ratio posterioris est, quia Episcopus est primus Inquisitor in sua Diœcesi; ergo cum non constat ab ipsis hanc potestatem fuisse adepnam, non sunt de sua potestate decipiendi.

Faveat Regula secunda expurgatoriorum: *Hereticorum libri, inquit, qui de Religione ex professo tractant omnino damnatorum. Qui vero de Religione non tractant, a Theologis Catholicis iussi Episcoporum & Inquisitorum examinari, & Approbati permituntur. Sane si Episcopis datur jus examinandi, & approbandi, non videatur iisdem de-pe-gandis jus concedendi licentiam legendi. Immo, cum haec regula sit in expurgatorio Hispanico, vide an etiam faveat Episcopis, etiam pro Regnis Hispanie,*

Quoad secundam: Dico secundum, neminem habere licentiam legendi libros Hæreticorum hæretim continentis, vel de Religione tractantes. Solum inveniuntur eiusmodi licentia concessa Inquisitoribus, ejusque consulariis à Paulo V. & Pio IV. apud Peñ. l. c. & in Regis Hispania solum Inquisitoribus, non vero eorum consulariis ex Bulla Pauli V. posita initio expurgatori Castro F. l.c...

Qui habeant Religiosi, & ex suis privilegiis quisque cognoscantur. Si vero sit fermō de aliis libris veritatis, generaliter eam habent Inquisitores, & iij, qui ex modō dictis, possint dictas licentias alii concedere: si enim alii concedēre possunt, certe poterunt & sibi. Denique ii omnes, qui post Constitutionem Urbani VIII. Confūtūt *Apostolatus Officium*, 2. Octōbr. 1631, auferunt omnes precedentes licentias legendi libros prohibitos, novam legitimē licentiam obtinuerūt. An autem ibidem Urbanus restrinxerit Episcopis extra Hispaniam, immo, & Inquisitoribus omnibus, posse statim dandi licentiam legendi libros veritos non hæreticos, quā eos, perinde ac Inquisidores, frui, modō dixi num. 19. viri docti considerent. Verba Urbani VIII. loc. cit. num. 3. fine, hæc sunt: *Neque de genero similes licentias nisi à Congregatione Sanctorum Officii, dum singulis hebdomadis coram nobis habentur, vel ab aliis per nos etiam in eadem Congregatione specialiter depurandis, conceduntur.* Considerent autem Docti, num hæc Urbani clausula (*ne concedantur*) auferat potestatem; non enim dicit: *Ne possint concedere*, sed: *Ne concedantur.*

Scienter.

21. Excusabit ergo ignorantia. Sed ecce nodus; quæcunquæ, an aliqua solum ignorantia excusabit?

¶ Tamen in melius, aliam esse ignorantiam juris, aliam facti. Facti est, ut si quis in causa nostro sciret eidem librum Haereticum esse jure prohibitum; sed nescire librum hunc esse Haereticum. Juris est, ut si quis, non sciat hunc librum esse hereticum, nescire a jure eius actionem prohibiri: Ita Sanchez lib. 1. Dec. cap. 16. Catto pal. tom. 1. tr. 2. d. 1. p. 25. Merolla tom. 1. d. 1. c. 2. d. 2. aliquae passim.

22. Præmittendum secundò, Ignorantiam aliam esse nincibilem, aliap vincibilem: ita idem. Invincibilis, ut etiam appellatur inculpabilis, iusta, probabilis antecedens, est, quoties cogitatio nulla, nec scrupulus de liqua obligatione menti hominis occurrit, qua cognitio possum horum excitari ad inquendam obligationis officia: vel si menti occurrit, fecit, iuxta qualitatem ei, mortalem diligentiam ad habendum notitiam, & non abutit, ut si quis in casu nostro, ceterum idiota, ne dubitavit quidem, hunc esse librum Hæretici, vel si dubitavit, interrogavit Parochum, trespsonsumque accepit, non Te: Sanè hic idiota dicetur laborare ignorantia invincibilis; quia illam evincere non potuit.

Venibilis, qua etiam dicitur culpabilis, improba-
lis, injusta, consequens, est quoties ejusmodi moralis
ligentia non est facta ab eo, cui jam occurrit dubitatio
e obligatione: est autem quadruplex, Affectata, craffa-

notabilis, levis; nam supinam, aliqui ad crassam, si-
qui ad affectatam reducunt.

Afectata est, cum qui data opera ignorare vult, &
affectat; nam propter ea hanc ignorariam dicitur directe
voluntaria; ut si quis consulto non vult scire, an hic sit
liber hereticus, quod liberius illum legat.

Crassa est, quando quis propter meram negligentiam
piger est in ea ignorantia depellenda, sic dicta, quia
crassi homines, & pinguis, fides esse plibet solent;
Hoc ego reduco ignorantiam supinam, quia, more ho-
minis supine in leto jacentis, non curat surgere ad illam
depellendam.

Notabilis, seu notabiliter culpabilis est, quando qui-
tlibet quidem aliquam diligentiam; sed non tantam,
quanta moraliter sufficit, ut si quis inquisiat, an hic li-
ber sit hereticus, sed non a sufficienter potio.

Tenuis est, quando quis adhibet mediocrem, & qui-
dem sufficientem diligentiam ad habendam obligationis
meritam; sed non tantam, quantum in summo rigore
possit. Ut si quis petat, an liber sit hereticus a radia-
to, potius auctoritate doctio, vel ab Inquisi-
tione, &c. Hic solum supponitur levis culpa in predictis
tribus culpa lata, vel gravis.

22. Quanta autem, seu qui gradus diligentia adhibi-
bendis sit in ejusmodi nostri obligationis indagan-
dis, non potest certa regula definiti; illa enim facienda
est, que more humano, iuxta qualitatem negotiorum,
prudenti judicio fieri solet; nam certe major requiritur
in iis, que sunt iuri naturali, quae sunt iuriis po-
litivi; major, ubi agitur de damno tertii, quam ubi hoc
non adest; major, quando agitur de Vita, & quando
de Bonis, &c. Lege Sanch. lib. 1. in Dec. cap. 17.
num. 19.

24. Denique si quis legem sive vincibiliter, sive in-
vincibiliter ignorans, eo est in animo, ut etiam si sciret,
legem non fervaret, dicitur habere ignorantiam comi-
tatem; id quod semel intulisse sit fatis. Hs positus, &
omino revulsi iis, que supra, lib. 1. cap. 2. §. 1. diximus
de voluntario ex ignorantia.

25. Dico primum. Ignorantia invincibilis, sive juris,
sive facti, non solum antecedens, sed etiam comitans
exculpant legentes libros harumcorum tum, peccato,
tom ab excommunicatione. Ita Suar. Farin. apud Castro
Pal. tom. 1. tract. 4. disp. 2. p. 10. §. 2. n. 1. Merolla tom. 1. d. 1.
i. 2. d. 16. coroll. 7. n. 3. 12. Ratio est, quia universaliter quan-
do nulla alia lego actio aliqua est prohibita, nisi ab illa,
que penam imposit, ignorans invincibiliter legem
illam si cam transgrediat, nec peccat, nec peccato com-
titutus. Non peccat, quis involuntariè agit, cum legem
invincibiliter non agnoscat. Non comitabit peccato,
qua, qui non peccat, non est lego puniendus ex reg. 2. 3.
de iuriis in 6.

26. Dico, quando ignorantia est comitans, trans-
gessor habet illum malum animum, seu affectum legen-
tis, etiam si sciret proibitionem, ergo peccat. Responso-
do; Si ille malus animus est solum in habitu, non est
peccatum, donec exeat in actum, ut ex se confat: quod
si in actu, erit quidem peccatum, ut actus ipse ex-
trahatur legendi; cum nullo modo procedat de facto, & tali
affectu, ut supponimus, sed ab ignorantia, tali pec-
cato affectu in fieri nequaque potest. Ita Merolla ibid.
d. 2. n. 1. in simili.

27. Dico secundum, qui legit predictos libros ex vin-
cibili ignorantia sive juris, sive facti, ex ignorantia, in-
quam, sive notabilis, sive crassa, seu supina, sive etiam
affectata, quanvis peccet, non incurrit penam excom-
municationis. Ratio est, quia est probabilis opinio
quando lex imponi penam excommunicationis, immo
& suspensionis, interdicti, & irregularitatis penalis iis,
qui scienter aliquid committunt, (ut est in casu nostro,
& est etiam, quando lex fertur contra audentes, pra-
fidentes, consolida violentes, &c. que verba, cum re-
quirant contemptum aequivalent verbo, scienter. De qui-
bus lib. 1. cap. 2. §. 10. & num. 9. satis diximus.) Probabilis

Pars I.

est (inquit) ex ibidem dictis opinio, quae excusat trans-
gressores ab incurso, si ex quacunque ignorantia
legem non servant, quia adhuc contumaces non sunt,
cum serere non scienter legant: ita Sanch. lib. 9. de marr.
d. 32. a. n. 5. Bonacinde censim comp. d. 1. q. 2. p. 1. num. 19.
Castro Pal. tom. 1. tr. 2. d. 18. aliisque. Excipio quando igno-
ranti, affectata esset conjuncta cum ingenti temeritate
ut ibidem dixi n. 1.

An sit peccatum diversa specie legere hos libros ex
ignorantia graviter culpabilis, & legere scienter, & quo
modo id Confessio aperiendum fatis colligi potest ex
dictis in spiss. de expedit. confess. lib. 2. c. 1. §. 16.

28. Dico tertio, idem dicendum esse de legentibus
alios libros, si videntur sub illa clausula (presumant, vel
scienter,) Ratio, est etiam san dicta.

29. Illud pro eo quod facit ad peccatum, nota hic
& in praecedente conclusione, ignorantiam, quae est so-
lum notabiliter culpabilis, quando agitur de diligentia
facienda sciendi praecpta naturalia, non esse notabiliter
culpabilem, si agatur de diligentia facienda sciendi pra-
cepta positivaria Sanch. in Dec. lib. 1. c. 17. n. 20. ut expedi-
dit Meroll. l. c. dub. o. n. 167. quod non adverit Castro P.
tom. 1. tr. 1. d. 1. p. 16. num. 3. Ratio radicalis est, quia magis
nos obligamus ad exhibendam diligentiam circa iura
naturalia, quam circa positiva, ut modis num. 23. immu-
nus. Nam hinc colligimus in positivis preceptis atque
ad eum in hoc de libris vetius solam negligentiam cras-
sa, supina, & affectatam, peccatum mortale afferre,
non vero aliam etiam notabilem, quia in his positivis
legibus ea, quae non est crassa, vel ad crassam proxime non
accedit, vel non censetur esse notabilis, sed levis, cum in
hi sufficiat aliquam diligentiam, licet non exactissimam
adhibuisse ad mortale peccatum evitandum. Lege etiam
Valent. disp. 7. de lege humana q. 3. p. 6. fin. & in hoc sensu,
seu per hanc explanationem potest admitti eorum do-
ctrina, qui docent in praecptis positivis ignorantiam
notabilem non afferre mortale, quem rem decernere hoc
remisimus supra, lib. 1. cap. 2. §. 10. n. 7.

30. Dico quartum, legentes predictos cum igno-
rantia, levi, excusat a peccato gravi, & a pena ex-
communicationis, paci, quia negligentia levis non po-
test parere peccatum grave, & peccatum non grave non
potest inducere penam gravem, qualis est excommuni-
catione.

Legentes.

31. Non legit unde contra hanc prohibitionem non
facit, qui sensum libri non percipitur esse, qui in aliena
lingua, quam ignoret, librum compositum materialiter
legere: Ita Castro Pal. tom. 1. tract. 4. d. 2. p. 10. §. 2. n. 2.
contra Bon. ibid. cit. legit vero, qui visu, & mente librum
percurrit, non enim necesse est ad propriè dictam lectio-
nem, ut ipsa verba proferantur: ita Sanchez Suar. Bon.
ab eodem Cast. ibid. cit.

32. Quid si ab omni audias legentem? Respondo, nec
facies contra prohibitionem legendi ex probabilissima
sententia; ita Sanchez lib. 2. in Dec. cap. 10. n. 48. Coninc.
disp. 18. de fide, dub. 1. n. num. 178. Castro Pal. ibid. n. 1. quia,
quævis subeas idem periculum, tamen yre non regis,
quod solum hic caverit.

33. Objicis. Dominus jubat famulorum indoctorum
ut legit librum, verbi gratia, Latinum prohibuit, ipso
Domino docto audiente. In hoc casu famulus non in-
currit censuram, & consequenter nec peccatum, quia
sensus non percipit ex dictis num. 31. (idem est si ex-
cusaretur ex gravis damni periculo non in contemptum
legis incurrere, tametsi perciperet sensum.) Rursum nec
incurrit Dominus, quia ipsi non prohibetur audire, ex
dictis numero precedente, & inducendo servum ad lec-
tendum, cum solum inducat ad materialem lectionem,
qua non est prohibita ex dicto numero 31. non co-
operabitur ad peccatum ullum: quare Dominus sic au-
diens, præscindendo à retentione latri, non peccaret.

F. 2. &

& consequenter frustraretur sua intentione lex de prohibitione Librorum. Respondeo ita colligi ex Doctrina, qua est Scientissimorum Doctorum, nec esse censendum inconveniens, si in aliquo raro casu suam non consequatur intentionem lex, habebit communiter in aliis, de quibus loquitur.

34. Excusari autem regentem tum a mortali, ut ab excommunicatione ex parvitate naturae, ut regulariter soleret esse in ceteris praecipis, certum esto, ita Suar. diff. 20. de fide, fct. 1. n. 20. Sanch. lib. 2. in Dec. cap. 10. n. 13. quidquid ali qui negent cum Tol. lib. 19. n. 9. vers. secundum genus.

Quid si quis intenderit multum legere, & postea parum de facto legere: peccaret quidam mortaliter in electione ex pravo animo ultrae procedendi, ut non interficeret in censuram, quia haec non punit intentionem, sed executionem. Castro Pall. c. num. 9. Materia parvitate aliqui determinant esse, lege unum, aut alterum versiculum, seu paucula verba. Azor. t. 1. lib. 8. cap. 16. q. 3. Alii legere non multas lineas, sic Suar. loc. cit. Alii pauculas lineas, sic Reginald lib. 9. n. 254. Alii decem lineas, sic Sayr. de censib. 3. cap. 5. n. 2. Alii unam paginam, sic Sanch. Lex. 2. 1. Layman lib. 2. fct. 1. cap. 15. num. 5. Alii unam paginam libri in folio impisci: sic Castro Pall. c. 9. Omnes probabiliter, quidquid contra duas ultimas sententias, nimis asperè immerit obstat Merolla t. 1. d. 1. c. 2. d. 1. 6. coroll. 7. diff. 3. n. 344. fine. Ratiō autem probabilitatis est, quia si in brevi lectio non appetit regulariter grave periculum.

35. Nota denique. Sive locum, ubi nullus est error, legas, ex Sanch. ibi, numero 35. Bon. d. 1. de cens in partie. q. 2. p. 4. num. 22. sive Epistolam Dedicatoriam, vel Proclamatio Quel Indicem, ex Sanch. ibi, n. 30. contra prohibitionem facit, quia ob unum errorum qui inibi reperitur, totus liber, atque adeo omnis ejus partes sunt prohibita.

Quod si illa paucæ lineæ contineant eam doctrinam, propter quam liber ille fuit scriptus, certè non possem liberare à peccato cum qui scienter, seu consultas, paucas, legat: Cùm enim illæ sint tota causa prohibitionis, inobedientia gravis erit, non levius. Dixi (consulto) Nam si casu, & non ex intentione, tunc propter parvitatem materiae poterit excusari.

36. Superest decernere, An qui legit (idem si retinet) ejusmodi libros sine ullo periculo subversionis, scandali, alteriusque mali, qui legit, verbi gratia, ad corruptandos errores, an incurrit in peccatum, & consequenter in censuram?

Gravis est difficultas, & pendet ab ea celebri quæstione, An cessante fine adæquato legis positiva in aliquo particulari casu, cesset pro eo calu & lex. Exemplum est: Si præcipiat, ne quis noctu arma portet ob periculum rixandi, si quis senex, verbi gratia, certes mortaliter se non habere hujusmodi posiculum, ea portet, licet éne a portabit? Adverte autem nos loqui in legibus positivis; nam in naturalibus, quia semper sunt ob honestatem inveniuntur, que cùm in actu bono, vel in carentia actus mali, nunquam adæquatus finis ejus legis cessare potest. Si præcipiat, verbi gratia, Jejunium, cetero cetero et finis mortificationis carnis in satis alias mortificatione, non tamen cessat honestas ipsa temperantiae imbibita in virtute abstinentiae, propter quam regulariter jejunium præcipitur. Dico (regulariter) nam si præcipietur intentio jejunium ab Episcopo, ad impetrandum, verbi gratia, sanitatem Regis, cessante Regis infirmitate, cessaret ex mox dicendis & lex jejunii, quia licet jejunium habeat ex se honestatem temperantiae, tamen in hoc casu non præcipitur propter respectum ad temperantiam, sed adæquate propter Regis sanitatem, quia habita cessat pro omnibus totus dicti præcepti finis.

37. Porro communis opinio docet cessante fine adæquato in uno particulari non cessare pro eo legem, nec consequenter obligationem: ita Suarez, Valsquez,

Safchez, Corinth. Sotus, Covar. Bonac. aliqui usque ad 3. apud Dianam p. 1. fr. 3. o. ref. 27. Ratio est, quia cum lex nunquam cessatur ob finem particularem, sed generalem, nisi cesset finis in omnibus, esto efficit in aliquo, semper dictus. finis generalis durabit, atque adeo perseverabit & lex. Delatio, verbi gratia, armorum non prohibetur ob peculiaris periculum ita rixæ, sed ob periculum quod esse potest in Republica: quamvis ergo ejusmodi periculum cesset in re, cum non cesset quod ad eos, id quod respexit Legislator, nec lex cessabit, ergo & ce obligabit.

38. Alia minus communis opinio astricti cessare. Ita Henr. Comitol. Sà, Granado, Fose, Mexia, Navarr. Abbas, Angelus, Sofia, Megala, apud eundem Dianam apud. Adde eundem Dian, ibidem, & par. 5. n. 14. ref. 96. sub. ait, hanc opinionem cum magno plausu à viris Doctis fuisse receptam. Adde & Hurtad. de Mendoza in 2. tom. d. 47. sectione 3. §. 26. fuse & docte Ratio est, quia huius cessante adæquato fine in universum ex omnium sententia cessat lex in omnibus, ita cessante adæquato fine in uno, cessare debet lex in illo. Et hujus ultior ratio esse debet, quia ideo cessante fine in universum, cessat lex in omnibus, quia tunc lex redditur ex communis sententia ie utilis; si quidem lex, cum semper feratur ob bonum publicum, non solum non debet esse dannosa, sed nee inutilis negativè, hoc est, nullam utilitatem afferens, at cessante fine in uno, jam redditur inutilis in hoc, ergo, &c.

Quod enim sit nullus alius, non facit ad utilitatem hujus: nisi multum remota, tanquam bonum proximi, ad quod non potest, ex hac sententia non respexit lex. Certè nihil mihi non febricitant prodest lapis Bessar, quamvis aliis febri laborantibus sit proficuum. Adde & argumentum duclum à parte præcepti de correctione fraternali. Hac enim lex, non obligat particulari, quando cessat in eo particuli finis legis, nempe spes emendationis, ergo idem erit in casu nostro. Ad hanc partem respondet Covarruvias, aliique apud Suar. mox citandum, legem correctionis datam esse propter privatum bonum singulorum, ideo non esse mitum, quod hoc cessante, cesset & lex. Sed Suarez lib. 6. de leg. ca. 9. n. 15. ait, non intelligere hanc respondensem, quia omnis lex (ait, & merito) habet hoc, quod sit data communiti propter bonum singulorum, & sic etiam lex correctionis, data est toti communiti propter bonum fratrum, seu singulorum.

39. Responder ergo ipse Suarez, præceptum correctionis esse affirmatum, quod non obligat ad semper. Quando ergo ponit spes emendationis, non cessat obligatio correctionis, sed suspenditur; quia non est tempus utilis, si huc præceptum datur & elemosyna indigenti non cessaret, sed suspendetur, si adverteretur pauper a elemosyna fore abusurus: codem igitur modo (ait Suarez) non cessabit in casu nostro obligatio legis. Sed, pace tanti viri, hac responsio non satisfaci, & contra ipsum facit. Sicut enim lex correctionis, & elemosyna (quia correctionis, & elemosyna in prædictis casibus sunt inutilis,) suspenditur, ita in aliis legibus, quia cessante causa in uno articuli, redditus pro eo inutilis lex, suspendetur pro illo, & consequenter non obligabit. Quod ad intentum hujus secunda opinio satis, supér que est.

Atque ex hoc solvit etiam ratio prioris sententiae. Concedimus enim legem, itante periculo in aliis, cùm sit pro illis utilis, non cessare, sive absolute, sive pro illis; sed afferimus satis esse, si suspendatur, atque adeo non obliget illum particularem, pro quo Lex inutilis evasit.

40. His positis ad id, à quo recesseram, revertor. Cùm hæ secunda opinio propter Authores, rationeque, quibus innititur, non possit non esse probabilis: probabile etiam videbitur aliqui in foro Conscientiae, non incurrit in peccatum, nec in censuram à legentibus, vel retinentibus ejusmodi libros, si cesset causa prohibitionis

hominis; ita Felin. Albert. Mascard. Decian; apud Castro
val. in 3. del. p. 10. §. 2. num. 8. ipso Castro Pal. con-
senteat. *Ibid. num. 9.* facet tamen Layman *Ibb. t. 1. c. 14.*
nam, hoc est, si vere nullum legatum periculum esse ap-
petat, quod periculum esse finem huius prohibitionis,
item Sanchez in *dec. cap. 10. num. 51.* & insinuat Castro
Pal. *d. 2. a. 9.*

44. Verum, quia revera nunquam dicit adaequatus
finit, difficile enim videtur deesse periculum in re tam
libet, nec appetere periculum solum esse tantæ pro-
hibitionis finis, & enim etiam haereticorum contem-
pus ex eorum exterminatione libitorum ensens: est
ratio, quantum fieri potest, & communicationis cum
ipsis, etiam in eorum scriptis: est, ut ipsi cum videant
hanc librationem de rebus sacris a fidelicibus non esse
legendas, & scriptio delectat: est, ut debita Sacra
m. iniquitum, Conciliorum, Pontificum tam se-
nates decretis reverentia, & obedientia in re summi
mentum servetur, qui, inquam, adaequatus finis nun-
quam dicit, nullo modo aperienda est iurua, qua quili-
modi libros evolvere impune possis, tametsi pures te in
periculum erandi non prolapsurum. Putes, inquam? Sed
quidam nam, vel quis ferreus se unquam ad eum Constan-
tiam, fonthem putare poterit, ut in occasione labendi
atque se conjicte audeat? Evidenter dum haec scribo,
quarantina quatuor annos ago a sancta hac mea Socie-
tate ieiuniis suscepit, nihilominus in rebus sancti
scriptis tandem versatus, huc um me figuratum portare
in dies expior: tu si æneum portas, periculis te inge-
tus, ut liber.

Retinentes.

45. Sive in tua, sive in aliena domo, sive tuo no-
mine, sive alieno scienter dictos libros, seu eorum par-
tiam notabilem retineas, facis contra prohibitionem; ita
Sanct. in *dec. c. 10. n. 51.* *¶ 4.* ita ut etiam aromata-
tis, & librariorum, Sanchez *Ibid.* non excusat, quia dicit illi
al atomata, hi ad costern ligandos, & non ex intentione
legendi retineant, adhuc legem violant. Eosdem si reti-
nes in aliena lingua scriptos, ensimis a te intelligi non
possint, condemnatis, Sancte *Ibid.* quia adhuc retines
libros veritos.

46. Excusat autem parvitas materiae, ut si retineres
m. duo, vel tria folia, quia licet plusquam unam
pagina legere excedat parvitate, ut diximus *num. 32.*
non tamen excederet in retinendo; cum minus culpa sit
retinere, quam legere. *Ibid. num. 54.* Excusat ita pagi-
ni temporis, quo retines.

47. Indo si tempus etiam nota *Ibid.* sequiturat, ut
commodo inquisitori tradatur liber, non es scrupulis
agitando; potes enim etiam diu expectare, modo sine
fraude, & fallacia id facias, *Ibid. n. 55.* Data autem con-
modate per unum, vel alterum diem differre; non erit
culpa saltem gravis, quia retentio levis est.

48. Si quando ex legitima facultate, librum vetutum
rituens, adverte ne tua occasione serpat ad alios faculta-
tes carentes libri venenum. Evidenter enim esse Roman-
i in quendam librum prohibitorum, quem palau
quidam amicus apud se in apero pluto retinebat, cuius
multa folia (ut eram nico more avidus evolendi quol-
unque libros, quos antea non vidissem) cum securus
pergerim, adverte in fine libri sic adnotatum ex scri-
pto fuisse: *Hic liber est prohibitus, sed ego ex legitima licen-*
ti apud me retineo.

Imprimentes.

49. Hoc est, componentes litteras, præparantes pa-
trum, & atramentum, torcular prementes, & ceteros
cooperantes: item Officinæ Impressoriae dominos, &
sæque libitorum Authores, qui eos imprimendos ur-
gent: hi enim omnes imprimere librum dicuntur. Indo
qui cogitit folia impresa, ut emendatoria exprimantur,

hic comprehenditur; nam præterquam quod iam legit
librum haereticum, etiam censetur imprimere, dum ad
imprimendum corrigit. Ita Sanchez *I. can. 57.* Suarez
Iff. 2. de fin. sect. 2. n. 24. Castro Palao *I. can. 13.* Bon.
dis. 1. de cen. in part. q. 2. p. n. 19.

Qui vero solum expensa dat ad imprimendum, &
qui exemplar referit ut imprimitur, quique aenones
charæcteres, vel atramentum, vel similia impressoribus
dictis vendit licet fautores sint haereticorum, & in ge-
nas fautorum incurant, non sunt impressores, cum re-
motè satis ad impressionem concurant?

50. Hæc quad libitos haereticorum heresim conti-
gentes, vel de Religione tractantes, de quibus Bulla
Cœnæ loquitur. Quid de aliis.

Tres hac de re constitutio[n]es sunt apud Bonac. *d. 2.*
q. i. p. 16. a. m. Prima est Concilij Lateranensis, sub Leo-
ne X. *sept. 20.* ubi imprimentes, vel imprimi facientes li-
bros, vel quancunque scripturam in Urbe sine Vicarij
& Magistri Sacri Palatij, in aliis Civitatibus sine Epi-
scopi approbatione, excommunicantur ipso facto: &
pena pecuniaria, ac suspensio[n]e ac exercitio imprimen-
ti per annum, afficiuntur, libri que comburuntur.

51. Secunda est in Indice librotum prohibitorum
reg. 10. ubi innovatur dicta Concil. Lateranensis consti-
tutio.

52. Tertia est in Concilio Tridentino, quod solum
acquiritur de Libris sacris (ij autem sunt ijdem, quos di-
ximus *n. 7.*) ubi eadem constitutio confirmatur, additum
que, Libri Sacri, cum nomine Authoris imprimantur,
& si sint libri Regularium, ut præter Episcopi, vel Ma-
gistris Sacri Palatij approbationem, approbentur suis
Superioribus, secus nec vendi, nec retiseri queant, sub
pœnæ ejusdem Constitutionis: ipsa vero approbatio
detur in scriptis: & appareat in fronte libri. Ex quo vi-
des hos non aliud: ut prohibiti, posse legi, si apud se
non retineantur, quia Conch. prohibet vendi, vel reti-
ri, nihil de lectione.

53. Porro aliqua hæc insurgunt difficultates. Prima;
an ubi receptus mos est, ut solum Domini temporales
examinent librum imprimendum, delinquit *contra* dicta
Constitutiones, quæ sine Episcoporum approbatione
imprimit? Respondeo non delinquer. Ratio est, quia
jam supponis Constitutiones has non esse legitime rece-
ptas: ergo contra ipsas non peccabitur.
Addo cum Bonacina *I. c. num. 6.* in hoc casu Ecclesiam;
ut si approbante, subrogasse Dominis temporales in
approbatione librorum. Simile quid dicam *cap. 5. §. 2.*
numero 4.

54. Secunda: in libris Sacris, in quibus juxta Tri-
dentinum apparet debet approbatio in fronte libri; si
notabiliter constat adesse, non tamen sit in libro apposi-
ta, an peccetur? Respondeo. Credo non peccati saltem
graviter, quia jam servatur tota substantia præcepti:
multo magis si præponatur illud (cum superioris licen-
tia) non usi ipso toto comprobari video. Ita Bon. *lib. n. 7.*

55. Tertia, An qui habuit prædictam licentiam,
sed deinde dum imprimit, addit vel demit aliqua sine
nova licentia, peccet in legem hanc?

56. Respondeo negatè, cum Bonac. *Ibid. num. 7.* Nisi
tale & tamen addat, demæt, ut novus moraliter li-
ber censetur. Ratio est, quia per paucæ adiecta, non
censetur quis librum sine licentia imprimere; per multas
sanè censetur.

57. Id explicatiū decidamus. Si quod addis, quamvis
non multas continens lineas, tu cognoscas esse prohibi-
tum, sanè cum mala fide agas, condemnaberis: id quod
ego modo insinuavi per illud (tale) si vero certè co-
gnoscas prohibitum non esse, procedit doctrina allata
ex Bonacina. Si denique dubius sis, certè prævalet lex,
atque addere nullatenus potes.

58. Quarta, Ati qui in libris sacris, de quibus solis
loquitur Tridentinum, non apponit nomen veri Autho-
ris sed alterius peccet? Quid si nomen sit fictum, &
emendatum? Quid, si adhibetur nomen Collegij, vel

F 4 Academiae

Academie, tacito nomine determinata persona? Respondeo, Non possum excusare eum, qui dictum nomen praeponit, qui vero nomen alterius sufficiens vel Collegij, merito excusare debeo. Sic Bon. *ibid. n. 10.* Ratio est, quia in hoc posteriore jam adest, qui de libro rationem reddere potest, qui fuit finis in ea lege Tridentini; in priore autem non adest: nam propterea idem dico dum putus, si apponatur nomen auctoris, sed anagrammaticè mutatum, quia sic perinde est, ac si nullius, qui possit librum defendere, nomen inscriberetur.

Defendentes occultè, vel publicè, quilibet causa, vel colore.

54. Sive factis defendas, ut si libros in Cena Domini prohibito occultes, vel impediens, ne comburantur, vel deferantur; sive verbis, ut si eos ut tales laudes, vel persuasas, ne exterminentur; sive scriptis, ut si pro iis rationes etiam in tuo cubiculo occulte scribas, peccas contra legem. Parent haec ex tenore Bullæ. Ita *Castro. n. 14. Sanchez n. 4.8. Suan. 17.2.125.*

55. Dixi (ut tales) nam si dicas librum esse optimum, quoad cætera; laudisque stylum, ingenium, &c. nec ejusmodi verba faciant ad librum conservationem, non condemnabis; quia sic non faves heresi. Quid si dicas, ut velle librum defendere, nec tamen defendas? Aliqui cum Sanch. *ibid. Castro Pal. ibid.* patit id non esse contra Bullam, quod defendentes, non vero volentes defendere dannat. Aliqui asserunt hoc ipsum esse defendere, adesse nimis aliquem, qui illius defensionem velit suscipere. Puto ex hoc non esse defendere: sed si in circumstantiis, in quibus significetur adesse patrum libri, unde retrahi possint, qui librum exterminare debent, erit certè defensio, & consequenter violabitur lex. si ergo esset defensio arcis, te patrum esse ad propagandum pro ipsa.

Aliqua notanda de libris vetitis.

56. Deinde nota primò, eos qui sunt sub Hispanica Inquisitione, teneri illos tantum libros pro veritis habere, quos ipsa veritatis etiam si Romæ, vel alibi non sunt, vel sint vetiti: constat id ex privilegiis datis Hispanica Inquisitioni usu ipso comprobatis.

57. Secundò. Quando per edita præcipitur, ut quisque ostendat suo libros, seu corum Catalogum ad Inquisitores, solam obligari ad defensandos eos, quos alias non ostendisti; semel enim ostendisse sufficit: insuper si certus sis librum non esse ex vetitis, probabiliter non obligari ostendere in foro conscientia. Ratio est, quia videatur esse res levis negligere libri delationem, si certus sis nullum in librum errorum irrepsisse.

Quid, si, ut usi venire solet, aliquam librū, quem tu Inquisitoribus protulisti, prohiberi postea contingat? Respondeo: urgere tunc obligatio præferendi, Quare nisi certò scias librum, quem ostendisti, nec sive prohibitum, nec periculum ullum adesse, quod postea vetitum fuerit, semper (præfertim ab indoctoribus, qui ejusmodi periculum discernere non valent) ille ostendendum.

58. Tertiò, cum per edita præscribatur terminus infra octo dies ostendendi ejusmodi libros, inciditne in excommunicationem, qui vel post terminum, vel etiam nunquam ostendit? Respondeo, salvo meliori iudicio, nequamquam quoad libros numero precedente dictos. Ratio est, quia in edito, ut hinc in Sicilia publicatur, dicitur (verbi gratia, si commanda, id est, præcipimus ostendere libro, &c. (& paulò post,) procederemo ad altare pene, hoc est, alias penas infligemus) unde nulla appetat lata excommunicatione. Dices in fine editi fulminatur excommunicatione. Respondeo, si attentè editi tenorem legas, videatur haec excommunicatione, cum sit tam rigorosa, cadere solum in heresim, ceteraque graviora delicta superius allata, non vero in eos, qui dumtaxat à tali librō ostendit.

non se subtrahunt, si libri, vel alias ostensii fuerint, vel certè nihil erroris continant.

59. Quid de peccato mortali? Respondeo. Quia illud (præcipimus) est, quia in legibus peccati mortali, quæ materia est gravis, peccati levis, quando materia est levis: ex *Castro. Pal. tom. 1. d. 1. de legibus, part. 9.* alisque *ibid. citatis, &c.* in nostra autem materia, quando libri nihil erroris continent, videatur res esse levis, ut modum *num. 17.* dictum est quando vero continent heresim, res est certè gravis, ideo hinc esse mortale, ibi non esse dicendum erit.

60. Quartò denique, rectè notat ex *Secano Layman lib. 2. n. 1. c. 14. n. 4.* ubi recepta non est Bulla Cœnæ, vel index librorum prohibitorum, ut alicubi in Germania, non excommunicati Catholicos legentes, &c.

S. VIII. De Absolutione ab Heresi.

Casus facilioris Absolutionis.

1. **S**latim atque tibi offertur absolvendus aliquis ob heresim, perpendendum est, an possis vel ad heresi reservari illum excusare, vel te esse in illis circumstantiis, in quibus ab illa absolvere, licet privilegatus nequamquam sis, validè possis?

2. Primo igitur, si heres fuit merè interna, non est reservata, ita *Anor. part. 1. lib. 8. c. 19. n. 4.* de *Lugo de pon. d. 30. feb. 2. n. 13.* quia Ecclesia non judicat de interiori, est autem talis in his casibus, quos *suprà. S. 3. num. 5.* diximus.

3. Secundò, si item fuit solùm externa, & non interna, putas, si metu, vi, sebita ira, aliquid factum, vel dictum sit contra fidem, sed manente intellectu sine volito errore contra ipsam, licet fuerit gravissima culpa contra externam confessionem, cum non sit vera heres, non inducitur satis Probabiliter excommunicationem Bullæ, ita *Fag. pr. Ecclesiæ 2.1.8.c.8. n. 38. Toletus Sanch. Suan. Filiius alius apud Dian. tom. 1. tract. 4. ref. 145. & p. 4. n. 4. ref. 240. finis.* quare nisi in aliquo Episcopatu sit specialiter reservata, poterit non solùm vi Bullæ Cruciatæ, ex *Henriq. Portell. Duen. Sanchez. Suan.* alisque apud Dian. p. 1. tr. 5. & 7. vel privilegiorum mendicantium ex Portell. alisque apud Dian. p. ref. 8. sed etiam à quoque Ordinario Confessarii absolvit. Ratio est, quia, quamvis in foro externo hie præsumatur hereticus, unde & deponenti, & puniendis; tamen coram Deo, cum talis non sit, non incurri coram eodem excommunicationem reservant in foro interno, circa quod est forum pœnitentia. Hinc qui proportionem hereticam enuntiat, qui comedunt carnes carnem prohibito, qui idolo cultum exterrit, quod hereticalem blasphemiam ex ira proferit, & similia, q. interim corde nullo errori contra fidem contensum præbet, absolvit, ut dictum est poterit.

4. Si quis certò sciat se lingua heresim pronuntiasse, sed dubitet an mente confessiter, esse reputandum, commississe heresim. externam, atque ad eos absolvit non posse ab ordinario Confessario, ceterisque pœnis subdi, docet Sanchez tom. 1. in Dec. lib. 1. cap. 10. num. 74. Ratio est, inquit, quia cum verba sint restringenda, reservatio, & pœnia debent restringi ad certam heresim externam; sic Merolla tom. 3. d. 3. c. 3. dub. 2. coroll. 23. num. 370. At hæc est omnibus pensatis dubia: ergo, &c. Non est autem heres dubia, si foris ex aliis circumstantiis (ut si cognoscatur solitus similes veras hereses prouinciare) colligeretur adfuisse consensum; tunc enim non